



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Sectio X. De Recusationibus & relationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

quamvis iterum suæ desertionis pænitens eam prosequatur, ac si ab ea appellatum non fuisset, & consequenter transit in rem judicatam, ita ut sententia à Judice ad quem lata, contra priorem sententiam à Judice à quo latam, nulla sit, velut lata à non legitimo Judice & contra rem judicatam.

SECTIO X.

De Recusationibus & relationibus.

§. I.

Quid sit recusatio, & quomodo cum appellatione conveniat, vel ab illa differat?

Recusatio est Judicis & jurisdictionis ipsius, proposita causâ suspicionis declinatio, eo quod Judex v. g. ex causa verosimili suscepit, ut scilicet majore sinceritate lites procedant. *can.* Quod suspecti 15. *cansa* 3. q. 3. c. *Causam.* 17. &c. *Suspicionis.* 39. de *Officio deleg.* Convenit in aliquibus cum appellatione, in multis tamen etiam differt. Conveniente inter se primum, quod sicuti per appellationem recedit ab audiencia Judicis, ejusque Jurisdictione suspenditur, ita etiam fiat per recusationem; quâ pendente non potest actum aliquem judicalem Judex recusatus exercere. Secundum æquiparantur, quod modum proponendi, ut sicut sine justa & rationabili causâ expressâ non admittitur appellatione ab interlocutoria, ita nec recusatio Judicis. Tertiù in eo etiam convenient, quod sicuti regulares possunt

appellate à correctione superioris, si modus in ea excedatur, ita possit etiam superior recusari, si valde suspectus esset, & ob passionem excessurus putaretur in corrigo, dummodo manifesta sit causa suspicionis. Differt autem appellatione à recusatione. Primo quod recusati possit Judex, etiam si non gravet, cum tamen appellati non possit à Judice nisi gravet. Secundo quod recusari aliquis non possit Judicem, in quem consensit, cum tamen ab hoc appellare possit. Tertiù quod à Vicario generali aut officiali non possit appellati ad Episcopum, possit tamen coram hoc Vicarius v. g. recusari. Quarto quod in eadem causa non licet tertia appellatio, possit autem post secundam appellacionem Judex recusari &c.

§. II.

Quando, & quomodo fieri possit, recusatio Judicis, & quis facilius effectus?

Proponi debet recusatio Judicis intra 20. dies post libellum ante contestationem litis; quia recusatio hæc additorias exceptions pertinet, ante litis contestationem proponendas, ne agendo aut respondendo coram illo videatur eum ut Judicem approbare. Sicuti autem 20. dies de utroque jure conceduntur parti ad deliberandum, utrum litigium velit, ita hi etiam subservient ad recusandum iudicem, nisi notorium sit eum catere jurisdictione; vel judicium subeat de excommunicatione v. g. actoris, cum protestatione, ut salva sibi maneat recusationis exceptio, vel post

litem

Eff. 2

420 Tit XXVIII. De appellationibus, recusationibus, & relationibus
item primum contestatam suspectus
Iudex fiat aut innotescat. &c.

Posito tamen quod contra Iudicem
recusans exceptionem recusationis oppo-
nat, & causam suspicionis allegaverit, que
nec manifeste frivola nec notoria sit, co-
gi possunt partes litigantes, ut in arbitrios
(ultra unum dictam à Diccesi non di-
stantes) compromittant, qui de causa
suspicionis cognoscant; que si probata
non fuerit (ut vult Ius Canonicum)
intra terminum praefixum, poterit Iudex
non obstante frivola recusatione, in
causa procedere, sicuti enim ratio na-
turalis dicit, quod suspecti Iudices ad
causam decidendam admitti non debe-
ant, sed vel alij à se delegando, si ordi-
narij sint, committant, vel ad delegan-
tem aut superiorum remittant, ita nec
debet illis partis recusatio obesse, si nul-
la sit recusandi causa, c. Secundò requi-
ris 41. §. tertio postulas h. t. junctā Gloss.
V. allegare & c. Cum speciale 61. eodem.
Eff. Atus autem recusationis est, quod
suspendat Iudicis recusati jurisdictionem,
ita ut pendente cognitione de ju-
stitia recusationis, in causa procedere
non possit, non quidem quasi ipso jure,
que post recusationem gesta sunt,
nulla sint (nisi notoria sit recusationis cau-
sa, aut arbitrii jam electi essent, qui de ju-
stitia recusationis cognoscant, quia ut
sic res jam non est integra, & jam est ju-
risdictionis translatā in arbitrios) sed quod
interponi possit appellatio, si post re-
cusationem judicare velit recusatus c. sū-
per questionum 27. de offic. deleg. quia ut
sic gavare incipit.

§. III.

Quid sit relatio, quomodo & qui-
do fieri debeat, & quis fit illum
efficius?

R Elatio est consultatio Iudicis de
dubitantis in causa ad Principem
missa; eō ipso enim, quod in causa
nunquam nullum jus expressum vide-
tur, vel certe dubium illud sit, & de-
versas patiatur interpretum opiniones
merito nonnunquam ad Principem fit
videtur relatio, ut ab eo intelligatur, quod
in judicando fieri velit; & quamvis
allata definitione videatur interi poli-
relationem non esse, nisi causa tocum
Principem remissa sit, ita ut huius
sit, sententiam ferre, in usu tam ho-
dierno non esse, in negotijs privatis
strictam adeò relationem, fatentur
tique.

Quodsi tamen ad Principem refer-
dam causam, vel articulum cause pro-
Iudex, debet relationem, vel cognoscere
illius prius partibus exhibere, ut
consultationi tali aut relationi adhuc
tur. c. Intimasti 68. b. t. & partibus
vera non sit in omnibus relatio, de
occasio eam corrugandi vel appellandi
probatur.

Debet autem fieri relatio, si facilius
videatur, non post sed ante sententiam
definitivam exceptis causis criminalibus
in quibus prius fertur sententia; ut de
mum Princeps judicet, an eam fer-
oporteat, prout ex civilibus testi-
probatur.

Eff. Atus denique relationis est, quod
per eam suspendatur iurisdictio Iudicis

Inferioris, quæ statim quieticit & suspen-
ditur, postquam causam referendam de-
cavit, ita ut eâ pendente nihil innovati-
us attentati debeat, nec de causa me-
ritis inquiri, donec superior consultus
aut ejus successor responsum dederit,
& iuncta futura sint, quæ post eam de-

cretam innovata seu attentata fuerint,
si tamen partes in eam consenserint, ex
quarum etiam consensu causam reassu-
mtere potest, si nondum ea relata Prin-
cipi fuerit, argu. c. Bona 4. de postulat.
Prelat.

TITULUS XXIX.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBUS.

Peregrinantium nomine in hoc titu-
lo intelliguntur illi, qui Romanum
proficiuntur ad limina Apostolorum vi-
sitandæ; vel ex alia causa necessaria &
probabiliter ad sedem Apostolicam, &
quamvis Rubrica tantum de Clericis
loquatur, fatentur tamen AA. etiam de
Laicis taliter Romanum proficiscentibus
seu peregrinantibus intelligenda esse,
que hic statuuntur. Statuitur autem
sue, unico h.t. ut qui proficiuntur ad se-
dem Apostolicam, ipsi cum suis rebus
sunt sub ejusdem sedis protectione con-

stituti, & quod si quid durante itinere
illis ablatum sit, restituendum illis sit,
(quia contra peregrinantes ad sedem
Apostolicam nihil est innovandum, &
talis peregrinatio ad sedem Apostolicam
habet vim appellationis) sive deinde
ipso facto extra judicium illis afferan-
tur aliqua, sive in judicio per senten-
tiæ Iudicis, cuius processus ipso jure
nullus est, nisi accedens ad Papam ci-
tatione fuerit praeventus, antequam iter
institueret, juxta c. penult. de foro com-
petente.

TITULUS XXX.

DE CONFIRMATIONE UTILI VEL INUTILI.

§. I.

Quid & quotuplex sit con-
firmatio?

Confirmatio, prout hoc titulo
de ea sermo est, communiter sic de-

finitur, quod Juris prius habitu seu quæ-
siti sit per Legitimum Superiorem fa-
cta corroboratio. Potest autem duplīci
modo fieri actus alicujus confirmatio.
Primò tanquam necessaria per se ad
complendum actum prius inchoatum,

Fff 3

&c